



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XVII. Iterum confirmatio, pro s[a]ecularibus viris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XVII. CONFIRMATIO PRO
secularibus viris.

REgiam consuetudinem exer-
cemos, & fidelium nostrorum
animos adhortamur, si petitioni-
bus nostrorum fidelium libenter
annuimus, & eas in Dei nomine ef-
fectui mancipamus. Igitur inlustris
vir ille clementiae regni nostri sug-
gescit, eo quod ante hos annos ille
quondam Rex parens noster, vil-
lam aliquam, nuncupatam, sitam in
 pago illo, quæ antea ad fiscum suū
adspicerat, & ille tenuerat, pro fide
sua recta, eius meritis compellenti-
bus, cum omni integritate, & ipsam
villam aspicientem per suam præ-
ceptionem, sua manu roboratam,
in integra emunitate, absque ullius
introitu iudicum de quibuslibet
causis ad freda exigendum, eidem
concessisset. Vnde & ipsam præce-

ptionem antedicti principis, nobis
ostendit relegendam, & memora-
tam villam ad præsens sub eodem
modo possidere videtur ; petuit ut
hoc circa eodem nostra plenius de-
beret au^toritas generaliter confir-
mare. Cuius petitionem pro respe-
ctu fidei suæ , sicut vnicuique de fi-
delibus nostris, iusta potentibus ne-
quiimus denegare , sed gratante
animo præstuisse , & cōfirmasse co-
gnoscite. Præcipientes ergo ut sicut
constat antedictam villam illam,
cum omni integritate sua, ab ipso
principe illo memorato illi fuisse
concessam , & eam ad præsens iure
proprietario possidere videtur , per
hoc præceptum plenius in Dei no-
mine cōfirmatum inspecta ipsa præ-
ceptione , & ipse , & posteritas eius
eam teneant & possideant , & cui
voluerint ad possidendum relin-
quant , vel quicquid exinde facere

48 MARCVLFI MONACHI
decreuerint, ex nostro permisso li-
bero perfruantur arbitrio. Quam
vero auctoritatem, vt firmior ha-
beatur, & per tempora cōseruetur,
propria manu subitus eam decreui-
mus roborare.

XVIII. DE REGIS AN-
trusione.

Recum est, vt qui nobis fidem
pollicentur inlæsam, nostro
tueantur auxilio. Et quia ille fidelis,
Deo propitio, noster, veniens ibi, in
palatio nostro, vna cum arimania
sua in manu nostra trustem & fide-
litatem nobis visus est coniurasse,
Propterea per præsens præceptum
decernimus ac iubemus, vt dein-
ceps memoratus ille in numero an-
trusionum computetur. Et si quis
fortasse cum interficere præsum-
pferit, nouerit se virgildo suo sol.
DC. esse culpabilem iudicetur.

XIX. PRÆ-